

antur ipsi rectores facere contralitteram predictis de quantitate uini et butarum
 oneratarum in partibus suorum regiminum, quam contralitteram debeant predicti
 presentare hic in Venetijs nostris officialibus datij uini. Et insuper ut non con-
 trafiat huius nostre intencioni tantum utili ymo necessarie teneantur rectores 15
 predicti etiam scribere officialibus datij uini quantitatem uini et butarum onera-
 tarum in partibus suorum regiminum et per quos fuerint onerate per alia nauigia
 uel personas interpositas ut commune nostrum uel rectores nostri ullo modo non
 decipiantur. Illi uero qui contrafecerint cadant de L pro centenario ualoris sui in
 quo fuerit contrafactus. Et si fuerit accusator per quem ueritas habeatur habeat 20
 tercium et alie due partes ueniant in commune. Et hoc scribatur et committatur
 omnibus nostris rectoribus insule Crete et Coroni et Mothoni et capitaneo nostro
 Culfi et addatur in commissionibus futurorum. Qui rectores nostri et capitanei
 presentes et futuri, qui inuenient contrafacientes habeant tercium si non fuerit
 accusator, et alie due partes ueniant in commune. Si uero fuerit accusator habe- 25
 ant tercium, accusator tercium et commune reliquum.

7

Περὶ καθαριότητος Χάνδακος. Ἐπιβάλλεται πρόσθετος φορολογία ὑπερπύρων δύο δι' ἕκαστον βαρέ-
 λιον τῶν τριῶν βιγοντίων ἐξαγομένου οἴνου καὶ ὑπέρπυρα δύο δι' ἑκάστην χιλιάδα τυροῦ, διὰ
 τὴν καθαριότητα καὶ τὸν ἐξωραϊσμόν τοῦ Χάνδακος καὶ τὴν ἐπισκευὴν τοῦ λιμένος. 1384,
 Δεκεμβρίου 15.

F^o 26^r Millesimo trecentesimo LXXXIII, die XV Decembris.

1

Cum in ciuitate nostra Candide sint multiplicata multe et infinite immon-
 dicie uel coprehee et quotidie multiplicantur que prout omnibus est manifestum
 sunt maxima causa faciendi amonire uel atterrare portum nostrum terre predictae.
 Et etiam ciuitas nostra predicta propter illas immondicias uel copreheas non est 5
 ita bene sana et super hoc sit omnino necessarium ad prouidendum pro bono
 dicti portus et terre nostre pro teuendo ipsum in ordinem ne atterretur quod
 esset maximum damnum nostrum, ac nostrorum ciuium Candide et differendo
 ne celeriter prouideatur super hoc in breui spacio temporis requireret maiorem
 expensam quam nunc et etiam ut ciuitas nostra predicta sit bene sana; uadit 10
 pars quod scribatur et precipiatur duche et consiliarijs Crete quod cum omni
 solitudine et diligentia debeant facere netari dictas immondicias uel coprehas
 et ipsas facere portari extra ciuitatem nostram predictam in illo loco, qui maiori
 parti eorum melior et utilior uidebitur. Et ut amplius non incurratur in istis
 inconueniencijs debeant et teneantur predicti ducha et consilarij deputare ali- 15
 quos qui debeant omni ebdomada semel adminus netare terram nostram supra-



scriptam de istis talibus immondicijs proiectis et ipsas portare ad illum locum, qui deputatus fuerit per maiorem partem eorum ut dictum est. Et ut hec nostra bona intencio tantum utilis adimpleatur et ut commune nostrum tantum aggrauatum prout omnibus satis patet de hoc aliquam non substineat expensam et etiam ciues et fideles nostri Candide non grauentur et considerato quod predicta male possunt fieri sine expensis ex nunc sit captum quod quilibet forensis qui accipiet monouaxias uel alia uina de insula nostra Crete pro conducendo illa ad aliquas alias partes extra Culfum sicut ad presens soluunt yperpera tria pro quolibet buta trium bigoncium, ita de cetero soluant yperpera quinque et similiter ex nunc sit captum quod quilibet forensis qui accipiet casum de dicta insula pro portando ipsum ad aliquas alias partes extra Venecias, soluat yperpera duo pro quolibet miliari ultra solitum. Qui denarij taliter exacti debeant omnes reseruari pro reparatione dicti portus et pro netatione terre et pro faciendo alia necessaria pro reparatione illius terre et in aliquo alio non possint expendi ullo modo uel ingenio sine uoluntate et consensu nostris sub pena ducatorum centum pro quolibet ducha et consiliarijs contrafacientibus, que pena tociens exigatur quociens predictis fuerit contrafactum. Et hec iniungantur in commissionibus duche et consiliariorum Crete futurorum. De non 50-58.—Non sinceri 26-17.

8

F^o 34^r Καταργοῦνται μία ἴλη ξένων ἱππέων καὶ δύο λόχοι ξένων πεζῶν ἐν Χάνδακι, ὥς μὴ ἀναγκαῖοι, διότι οἱ ἐντόπιοι εἶναι πιστοὶ καὶ ἀπέκτησαν τὴν δέουσαν πεῖραν. 1385, Ἰανουαρίου 13.

9

F^o 38^r Πρὸς μεταφορὰν λίθων διὰ τὴν ἐπισκευὴν τοῦ λιμένος ἀπεστάλη κάτεργον ὑποδείγματος νηοπομπῆς Φλανδρίας· ἐπειδὴ τοῦτο ἀπεδείχθη ἀκατάλληλον ἐπωλήθη ἐν πλειστηριασμῷ εἰς τὸν εὐγενῆ Χριστόφορον Πιζάνην καὶ ἀπεστάλη ἕτερον ὑποδείγματος νηοπομπῆς Ρωμανίας. 1385, Ἰανουαρίου 27.

10

Περὶ πωλήσεως προικῶς οἰκίας ἐν Χάνδακι καὶ ἀγορᾶς τοιαύτης ἐν Βενετίᾳ. 1385, Μαρτίου 19.

F^o 51^{to} Millesimo trecentesimo LXXXV, die XVIII Marcij.

Capta. Quod scribatur duche et consiliarijs Crete in forma infrascripta uidelicet; exposuit nobis uir nobilis ser Phylippus Pisani dilectus ciuis noster quod ipse habet unam suam domum in ciuitate nostra Candide super qua dos seu
5 repromissa nobilis done Caterucie uxoris sue assecurata est. Cum autem ipse ser Phylippus intendat uendi facere dictam domum, scribimus et mandamus uobis quatenus permittere debeatis eundem ser Phylippum seu procuratores suos uen-